

234

Jahresgeschichten von Reichenau.

1312. Die Pfalz zu Reichenau. Abt Diethelm.

Item in superliminaribus domus palatii ita reperitur sculptum in silice, ut sequitur, et huc transumpsi in memoriam sequentium anno d. 1473 ipsa die Fidis virginis.

Anno dom. 1312 idus Marcii, indict. X. ædificatio hujus domus incepta fuit per venerandum dominum Diethelmum abbatem Augiensem, quondam abbatem in Petri-domo, natione de Castello. Tunc temporis magna fuit caristia panis et vini, una enim maltra speltæ vendebatur pro 16 solidis, quartale vero vini pro 6 solidis. autumpno vero sequenti ejusdem anni maltra speltæ vendebatur pro 8 solidis et quartale vini pro 6 denariis. Bl. 173.

1417. Petershausen. Pappst Johann XXIII.

Anno d. 1417 tempore concilii Constantiensis in monasterio Petri-domus extra muros scriptum erat in pariete ejusdem monasterii cum magnâ texturâ:

Sex millia sexcenta sunt sancti Benedicti monasteria.

Hic papa superaddidit hos versus seu metra:

Mitis et invicte Christi verna Benedicte,
in cœlis sisti tot fratres promeruisti,
quingenos quinque quingentos millia quinque
ad te translatos, prius omnes canonisatos.
ut prior ordinibus cunctis præstantior iste,
sic erit in fine cunctis constantior ipse.

Papierhandschrift Nr. 14 Bl. 125. C. oben S. 175. Diese Aufschrift war also anfänglich angemalt. Ueber den Verfasser vergl. mein bad. Archiv 2, 328.

1446. Reichenau und Ulm.

Civium magistratus, proconsules et rectores civitatis Ulmensis jura, privilegia seu libertates nostro monasterio Augiæ majoris imperiali dignitate et gratuita largitate concessas ac misericorditer donatas exactionantes, dissipantes et ausu temerario contra eadem jura procedentes, coram sede apostolicâ, imperiali sceptrum, principibus et communitatibus idem præscriptus pater [Fridericus abbas] juris gladio domuit et devicit et virgâ æquitatis correxit, ita ut tandem regia ac imperialis providentia suum illustrem transmitteret principem, scilicet Albertum marchionem de Brandenburg, et cunctos suorum consulum ad concordandum absque strepitu juris. Qui respicientes causam et magis potentiam Ulmensium quam justitiam et timentes, ne forte furibunda eorum rebellio et potestas divinas vinceret leges, et ita autumantes plus valere il quam nil, decreverunt, ut Ulmensis tribue-

rent nostro monasterio 25 millia florenorum rhenensium, sepultis et decisis in perpetuum quibuscunque juribus in decimis et aliis privilegiis a nostro monasterio ibidem habitis, et unquam in futurum habere prætensis, resignatis. Secundum tamen justitiæ proportionem non fuit illa summa floren. tertia pars debiti. Hæc concordia facta extitit sub sereniss. Rom. rege Friderico nec non Austriæ, Stiria etc. duce anno d. i. 1446. Constantiæ per illust. princ. marchionem Albertum de Brandenburg aliosque invictissimi ejusdem regis ministros et consiliarios. Bl. 199.

Zwischen 1451 und 1454. Bibliothek des Bischofs Otto von Konstanz.

Registrum librorum, quos venerabilis ac præclaræ memoriæ pater et dominus Fridericus de Wartenberg, olim hujus monasterii Augiæ majoris abbas, emit a domino marchione de Rötel,* fratre episcopi felicis memoriæ Ottonis, cujus præsulis ipsi libri exstiterunt.

Innocentii apparatus, 10 florenis. — Novellam in papyro super IV et V decretalium, 8 flor. — Novella super III. 8 flor. — Codicem, 40 flor. — Infortiatum novum, 40 flor. — Infortiatum vetus, 16 flor. — Inventarium juris canonici, 12 flor. — Berengarii cardinalis speculator, 20 flor. — Katholicon, 30 flor. — Nicolaum de Lyra super IV ewangelistas, 12 flor. — Novella super VI^o, 12 flor. — Repertorium Duranti, 8 flor. — Franciscus Petrarcha, 7 flor. ** — Biblia, 30 flor. — Epistolæ Blesenses, *** 6 flor. — Scriptum Petri Jacobi de Auri-liaco, 7 flor. — Moralia Gregorii, 50 flor. — Petrum de Prato, 8 flor. — Librum de laudibus beatæ virginis, 12 flor. — Clementinæ, 14 flor. — Volumen autenticorum, 20 flor. — Sextus, 15 flor. — Liber feudorum, 4 flor. — Antonius super quarto, 3 flor. — Repertorium antiquum in pergamento, 5 flor. — Archidiaconus super VI, 6 flor. — Volumina duo de vita Christi, concordetur sicut placet. — Summa in papyro secundum ordinem alphabeti, 5 flor. — Infortiatum, 6 flor. — Rosarius, 20 flor. — Repertorium domini Antonii de Putria, 8 flor. — Boitt super I., 4 flor. — Decretales, 20 flor. — Jeronimianum, 5 flor. † — Aegidium de regimine principum [ohne Preis]. — Summa Gaufredi, 4 flor. — Summa

* Markgraf Wilhelm von Rötteln.

** Ist die Perg. Handschrift Nr. 53 in Folio mit dem eingemalten Wappen des Bischofs.

*** Nämlich Petri Blesensis. Diese Handschrift mit dem Wap-pen des Bischofs Otto ist noch vorhanden. Perg. Nr. 51 in Fol.

† Ist die Handschrift Nr. 48 perg. fol. mit dem Wappen. Von den andern hier verzeichneten Handschriften sind zwar noch